

Sigismundus primus rex Poloniae,  
capitulo Varmiensi.

107

Questi sunt nobis Dolenter admodum fratres  
et consanguinei venerabilis Pauli Plotowski  
prepositi et canonici ecclesie Varmiensis, se-  
cretarii nostri, esse non reminem in collegio  
vestro, qui cum aperte non audeat, uniuersis  
quibusdam eum oppugnet. Quae res cum  
sit a fraterna charitate aliena, non potest non  
esse nobis vehementer molesta. Quamobrem  
vos hortamur, ut si quae sunt inter vos simu-  
latae, eas deponatis, neque litium magis quam  
benevolentiae iura perdiscatis, idque cura vobis  
maxima sit, ut quod fratres et collegas faue-  
re deat, concorditer vivatis, ametis inter vos, atque  
que alter alterum officii sui et christiana pie-  
tatis commoneficiatis, ne si invicem mordere per-  
reueritis, ab invicem consumamini. Nos certe  
ferre non poterimus servitorem nostrum te-  
chnis quibusdam per quenquam fortunis suis  
everti. Quare ipsi hoc agatis, ut alter alterum  
in officio continere possitis, neque expectetis  
dum nos iure nostro potestateque regia coera-  
amus eum, quem impedimento esse cognoveri-  
mus, quo minus unicuique id, quod suum est,  
tranquille liceat possidere. Semper enim ab omni  
eiusmodi ratione remoti fuimus, ac deinceps  
quoque erimus, quoad per vos liceat. Sed

si quis

si quis vestrum aut fratribus recte monenti-  
bus, aut episcopo suo parere neglexerit, co-  
get nos, ut contra quàm natura nostra fert,  
gravius in eum aliquid statuamus.